



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Vexatione dæmonum liberat Collegium Lauretanum. 207

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

207 Anno MD. LV. sub Lau-
retani Collegij initia, Oliuerius
Manareus loci Rector, vir reli-
gione ac famâ notus, hodieque
in Belgis superstes; magnos ibi
memorat motus interdium noctu-
que ab eiusmodi hostibus exci-
tos; quibus studuerint, iâ ingenti
strepitu incolas confundere; mox
formis alijs alijsque se vestire, ac
iam Æthiopum atrore formida-
biles occurrere; iam canum felium-
que habitus ementiri; tum cuius-
uis belluæ foeditatem repræsen-
tare. Quo fiebat ut nullum socijs
tempus ad quietem relinquere-
tur. Omnibus igitur tentatis, quæ
Collegio lustrando essent; minus
nihil profectum est. Sed & sacri-
ficia & piacularis vnda, & diui-
norum carminum vires, & Lipsa-
na cælitum, ac mille talia, frustra
fuere. Coactus importunitate
Oliuerius, IGNATIUM rei cer-

K 3

tiorem

tiorem per litteras fecit. Cui ille
ita rescripsit, vt cum preces in
eam rem polliceretur: tum ani-
mo erectum, expectare iuberet
obsidionis solutionem. Oliue-
rius receptis literis, familiam co-
git, & palam, in quæ verba IGNA-
TIVS rescripserit, ostendit. Res
mira dictu! vt si omnis infero-
rum vis elanguisset, ita post re-
citata[m] epistolam omnia mo-
mento placata, nullius turbæ ve-
stigia reliquere.

Hæc IGNATIO viuentem etiam
num ac sentiente facta: ab eius
excessu plura. 208 Nam Drepa-
ni mulierem distinebat insolens
hospes. Eum inter euocationes
legitimas rogari Ioannes Vega
Siciliæ Prorex iusserat, vbinam
IGNATIVS noster degeret. Ac
fortè is tum obierat, read exte-
ros nondum vulgatâ. Nihil tergi-
uersatus, excessisse illum respon-
dit:

di
fu
ter
lig
20
vir
no
an
di
lab
ate
inf
inc
del
an
ries
lo p
pit
gest
cor
inc
dir
mi
sua

dit: